

No. 222—25. 1274. 7. Mai.

B. Hildebrand von Eichstätt ertheilt denen, welche bussfertig den begonnenen Neubau der Domkirche durch milde Gaben unterstützen, vierzig Tage Ablass.

Hildebrandus miseratione divina Eystetensis episcopus universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum fideles Christi Misnensis civitatis ac diocesis eiusdem quoddam monasterium ibidem in castro ad honorem beati Johannis apostoli et evangelistae sanctique Donati episcopi et martyris laudabiliter inchoatum aedificare et feliciter consummare desiderent et affectent, quibus ad hoc propriae non suppetunt facultates, karitatem igitur vestram monemus, rogamus et in vestrorum remissionem similiter iniungimus peccatorum, quatinus ad structuram dicti monasterii Misnensis vestras pias elemosynas erogetis. Ut autem pio operi respondeat pius fructus, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostra auctoritate confisi, omnibus, qui ad praelibatam structuram manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et unam karrenam ratihabitione diocesani de iniuncta poenitentia, si vere confessi et contriti fuerint, misericorditer relaxamus, praesentibus post consummationem operis minime valituris. Datum Lugduni anno domini M^o. CC^o. LXX^o. IIII^o. Nonas Maii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem beschädigten Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

In der Fassung bis auf wenige unwesentliche Worte übereinstimmend lauten die Indulgenzbriefe des Bischofs Petrus von Passau. Lugduni 1274. pridie Idus Maii (14. Mai), des Bischofs Wernhard von Seckau. Lugduni 1274. XV. Kal. Junii (18. Mai), des Bischofs Volrad von Halberstadt. Lugduni 1274 (ohne Datum).

B. Withigo besuchte das allgemeine Concil zu Lyon im Mai und Juni 1274 und bewirkte dort für den Bau der Domkirche die Ausstellung von 14 noch vorhandenen Indulgenzbrieffen deutscher Erzbischöfe und Bischöfe und des Erzbischofs von Sorrent. Nur neun dieser Briefe erwähnt die alte Nachricht:

Anno MCCLXXIV contribuentibus ad fabricam aedificandae basilicae Misnensis donatae fuere indulgentiae XL dierum ab his Germanis Lugduni concilio interessentibus Friderico Saltzburgensi, Wernero Moguntino, Engelberto Coloniensi, Giselberto Bremensi archiepiscopis VIII. Kal. Junii, Wernhardo Seccoviensi episcopo XV. Kal. Apr., Petro Passaviensi episcopo pridie Idus Maii, Hilbrando Eistetensi episcopo, Hartmanno Augustano episcopo Nonis Maii, Joanne Kyemensi Idus Junii. Singuli singularibus chartis donaverunt in ipso concilio.

Martene et Durand vett. scriptor. ampl. coll. I. p. 1377. Hartzheim concil. Germ. III. p. 638.

No. 226—31. 1274. 10. Mai.

Erzbischof Wernher von Mainz ertheilt unter gleichen Bedingungen Ablass.

Wernherus dei gratia sacrae Maguntinensis sedis archiepiscopus ac sacri imperii per Germaniam archicancellarius, universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum fuerit sive malum, oportet diem messionis extremae misericordiae bonis operibus praevenire, ac aeternali intuitu seminare in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis, firmam spem fiduciamque tenentes, quum qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in